Noverint universi Quod Ego Ferrarius de Minorisa civis Barchinone constituo et ordino vos Marianum de Cleriana clericum procuratorem meum certum et specialem ad tradendum pro me et nomine meo venerabili Guillelmo Tarassa canonico
Barchinone vel cui ipse voluerit loco sui corporalem possessionem seu quasi Tocius censualis et tocius dominii et alterius iuris quod habeo et accipio et habere et accipere debeo super quadam pecia terre cum vinea ibi plantata et pertinenciis suis quam
Bonanatus Bustheri ad censum viginti novem solidorum monete Barchinone de terno. Et super quadam alia pecia terre cum vinea ibi plantata et pertinenciis suis quam Bernardus de Gualbes ad censum tresdecim solidorum et sex denariorum monete Barchinone predicte.
Et super quadam alia pecia terre cum vinea ibi plantata et pertinenciis suis quam Romeus Guio ad censum tresdecim solidorum et sex denariorum monete Barchinone predicte. Et super quadam alia pecia terre cum vinea ibi plantata et pertinenciis suis quam
Geraldus Magri ad censum viginti septem solidorum monete Barchinone predicte. Et super quadam alia pecia terre cum vinea ibi plantata et pertinenciis suis quam Michael de Podio ad censum tresdecim solidorum et sex denariorum monete Barchinone predicte. Et super
quadam alia pecia terre cum vinea ibi plantata et pertinenciis suis quam Bernardus de Sancto Justo ad censum tresdecim solidorum et sex denariorum monete Barchinone predicte habent et tenent per me et sub dominio et alodio meo in territorio Barchinone apud locum dictum
de Magoria. Que quidem censualia supradicta cum dominio et aliis iuribus suis ego vendidi predicto venerabili Guillelmo Tarassa et suis et quibus ipse velit imperpetuum per liberum et franchum alodium prout de predicta vendicione melius et plenius apparet
per instrumentum publicum inde factum auctoritate notarii infrascripti die et anno subscriptis. Et ad mandandum ex parte mea predictis emphiteotis seu terram tenentibus et aliis quibuscumque qui ad hoc … teneantur (?) quod de cetero
habeant et teneant dictum venerabilem Guillelmum Tarassa et suos et quos ipse voluerit pro domino directo predictorum censualium dominii et aliorum iurium predictorum et quod sibi et quibus ipse velit respondeant et satisfaciant de cetero de censualibus dominio
et aliis iuribus supradictis sicut michi respondere et satisfacere tenebantur ante vendicionem predictam et tenerentur. et ad compellendum eos super predictis si vobis videbitur faciendum. Et ad faciendum omnia alia super predictis et circa predicta
pro me et nomine meo quecumque ad hoc utilia fuerint ac etiam oportuna et que etiam ego possem si personaliter interessem. Promittens vobis dicto procuratori et vobis notario infrascripto tamquam publice persone pro eo et aliis etiam
personis quarum interest et intererit legitime stipulanti sub ypotheca bonorum meorum me semper habere ratum et firmum quicquid per vos dictum procuratorem meum super predictis et circa predicta pro me et nomine meo procuratum et actum seu etiam gestum
fuerit et nullo tempore revocare. Actum est hoc tercio decimo kalendas Julii anno domini millesimo trecentesimo sextodecimo. Sig+num Ferrarii de Minorisa predicti qui hoc laudo concedo et firmo.

Testes huius rei sunt Arnaldus de Manso presbiter. Bonanatus Omr. Guillelmus Presenta et Laurencius de Benasch et Raymundus de Ferrera.

Sig+num Bernardi de Villarubea notarii publici Barchinone qui hoc scribi fecit et clausit.

P. 6.

Perg. 157

[illegible] de Manresa
[illegible] de Maria [illegible] Clarena de
[illegible] Guillem
[illegible]
[illegible]

Nº 78